Omnibus HAS LITERAS Visuris

SALUTEM.

Quandoquidem **GRADUS ACADEMICI** eum in finem instituti fuerint, ut viri ingenio et doctrina præditi titulis præter cæteros insignirentur, eo ut ipsis prosit, nec non aliorum provocetur industria et inter homines studium Virtutis et Bonarum Literarum augeatur: Quando etiam huc potiſsimum spectant ampliſsima illa jura nostro Collegio publico Diplomate collata: **Idcirco,**

NOTUM SIT, QUOD NOS,

Præses et Profeſsores Collegii Jeffersoniensis in

REPUBLICA PENNSYLVANIENSI,

Andream J. Spalding, Virum probum, nobis devinctiſsimum propter mores benevolos et omnes eas artes quæ optimum quemque ornant, qui etiam scientia eximia in Arte Medica, æque ac Chirurgica, nostro Collegio sibi acquisita, nobisque examinatione publicè habita, plenius manifesta, se dignum **AMPLISSIMIS HONORIBUS ACADEMICIS** ostendit, **Doctorem in Arte Medendi** creavimus et constituimus: Eique præfato, Andreæ J. Spalding, hujus **DIPLOMATIS** virtute, singula Jura, Honores et Privilegia ad Gradum Doctoris in Arte Medendi, inter nos et ubique gentium pertinentia libentiſsime et pleniſsime conceſsimus et rata fecimus.

In cujus rei fidem, **HÆC MEMBRANA**, Chirographis nostris subscripta, et Sigillo Collegii nostri munita, testimonio sit.

Datum in Aula Medicinali nostra, in **URBE, PHILADELPHIA**, vigesimo octavo die Martii, Anno Humanæ Salutis MDCCCXLIX, Annoque Rerum Publicarum Americæ Fæderatarum Summæ Potestatis septuagesimo tertio.

[illegible] Præses.

Robley Dunglison M.D. Instit. Medic. &c. Prof.

R. M. Huston, M.D. Mat. Med. et Therap. Prof.

Josephus Pancoast M.D. Anatomes Prof.

J. K. Mitchell M.D. Med. Prax. Prof.

Thos. D. Mütter M.D. Chirurg. Prof.

Carol. D. Meigs M.D. Obst. Prof.

Franklin Bache, M.D., Chemiæ Prof.

Jos. Perkins script. et sculp. New York.